

Sed eheu ! inter gaudia quibus hæc occasione gestimus, obli-
visci non licet Vicarium Christi, omnium Christianorum Patrem et
Infallibilem Doctorem, mæstitia repleri, in vicinalis detineri, patrimo-
nio Sancti Petri spoliatum fuisse et quotidianis inimicorum crucis
Christi et veritatis, minis et conviciis affici.

Quanto etiam animi stupore andivimus Sacram illam ac Vene-
rabilem de Propaganda Fide Congregationem, quæ nobis et permultis
in orbe terrarum ecclesiis, ministra est beneficiorum Sanctæ Sedis,
terriportalibus redditibus privatam et quasi ad indigentiam redactam !
Nec nos latet ecclesiarum Urbis spoliatio, vel etiam destrunctio, religio-
sorum et sanctimonialium expulsio, legum tandem promulgatio ad
hunc finem tendentium ut omnis religionis et justitiae sensus penitus
delectatur.

Hæc considerantes, simul cum dolente dolemus et coram Omnipotenti Deo manus supplicantes attollimus. Scimus PATERNITATEM VESTRAM firmissima confidimus credere tandem aliquando implendimus verbum illud solemne quo Christus Petrum posuit Ecclesie sue indefectibilem juxta ac infallibilem fundamentum, contra quod portæ inferi numquam prævalebunt. Spes similis reposita est in sinn nostro : et nos credimus et confidimus. Cum autem tempora et momenta in manu Dei sint, et precibus abbreviari possint dies hæcns, hoc a Deo noucessabimus implorare ut PATERNITAS VESTRA, iisdem oculis quibus afflictionem Ecclesie vidit et luxit, gaudium et exultationem percipiat et miretur magna et incomprehensibilia et mirabilia quæ facturus est Dominus. Fiat, Fiat !!

Talia ex intimo corde deprompta vota exprimentes, BEATISSIME PATER, nos filii obsequientissimi, apostolicam imploramus benedictionem super Ecclesiam Quebecensem et super omnes dioceses quæ ab ea ertum ducunt, ut ad Dominum convertantur universi fines vastissimi territorii et fructu justitiae repleantur ad Majorem Gloriam Christi Dei !

Quebeci, die primâ octobris MDCCCLXXIV.